Roberti Bodii

à *Trochoregiâ*,

Academiæ *Edinburgenæ*

QUONDAM

PRIMARII,

Hecatombe CHRISTIANA.

1 CHriste, Sanctorum caput atque custos,
Cujus exundans fluvio perenni
Fons inexhaustæ bonitatis, imos
Manat ad artus;

2 Da tuum digno decus ut capessam
Cordis impulsu melos, & quod acrem
Temporis limam ferat, & malignæ
Verbera linguæ.

3 Lucis affulgens radio supernæ,
Quâ tui circum solii coruscat
Limbus, invisâ mihi nunc jacenti
Mortis in umbrâ,

4 Pelle peccati tenebras, prementum
Quo gravi nexu scelerum solutus,
In tuas puro ferar accinendas
Pectore laudes.

5 Nam tuas casto decet alme cultu
Christe virtutes recoli; prophano
Absit impuri temerentur unquam
Pectoris ausu.

6 Nuncius præpes mihi labra ſummo
Tangat è Cœlo volitans, reatu
Tangat infectas gemino, micanti
Forcipe fibras.

7 Tunc tuæ ſtructam crucis, ad beatam
Quæ pios vitam monumenta ducunt,
Perdius, pernox, animo revolvam
Sancta ſereno.

8 Te canam, lucis jubar ut reſurget;
Te, breves quandò jacientur umbræ;
Teque, cum præceps teget ora mundi
Lucida lampas.

9 Patris æterni ſoboles coæva,
Par patri ſummo, ſimul ejus implens
Pectus immenſum, ſimul alma proles
Virginis almæ:

10 De Deo verus Deus, increatæ
Lucis æternum jubar, ora vivus
Patris ad vivum referens character
Alter & idem.

11 Scala quæ Cœli ſubiens cacumen,
Ad ſoli centrum penetravit, imis,
More mortalem ſuperante captum,
Summa coaptans:

12 Te ſalus rerum, profugis receptus,
Naufragis portus, miſeris medela,
Lumen extinctis, onerum levamen,
Meta laborum:

13 Te, fatiſcentum requies, peracti
Palma conflictûs, pugilum corona,
Præmium curſus, operumque nulli
Debita merces:

14 Fæderis mundum reparantis obſes
Arcus, undarum potior periclis
Arca, pax terræ, tremor inferorum,
Gloria Cœli;

15 Gen.

Gentium lumen, decus Israelis,
Patribus voti modus atque summa,
Scandali rupes Atheo, fideli
Petra salutis:
Arbor ô vitæ senio carentis,
Quâ Dei vernat paradisus, uno
Fonte diffusâ riguus quaterni
Fluminis undâ.
Legis & Vatum scopus, involucro
Mosis abducto faciem revelans,
Corpus umbrarum, simul agnus insons,
Ara, sacerdos:
Agnus à Mundi jugulatus ortu,
Ara primævæ luis expiatrix,
Invii solus penetrans Olympi
Templa sacerdos:
Te canam, lapsi generis Redemptor,
Teque lapsuri stator & retentor,
Qui manu magnâ Mediator unus
Cuncta coerces.
Qui supernatum subitam, caducæ
Stirpis ascitu, reparas ruinam,
Et choris terrâ genitos beatæ
Inseris aulæ,
Te quid excîrit referam, relicto
Patris æterni solio, latentem
Veste sub servi Dominum, rebelles
Visere terras.
Carnis & crassâ velut obvolutum
Nube, divinos operire vultus,
Et crucis diras, gelidique cippum
Ferre sepulcri.
Nempe nec mundus redimi, nec ira
Patris extingui, nec acerba legis
Pæna persolvi, nec imago nobis
Prisca refundi;

24 Nec polus pandi nec avara cunctos
Parca pervadens perimi, resurgens
Præda nec busti cariosa vernum
Sumere vultum;

25 Nec triumphatæ spoliis gehennæ
Agmen augeri superûm, nec olim
Plumbeum tolli super astra pondus
Carnis opacæ,

26 Absq; te solo potuisset, imos
Per gradus pœnæ capitalis actum
Summa quem sedes beat, & superni
Culmen honoris.

27 Hinc labor nullum patiens levamen,
Gentis & lapsæ tibi luctus exspes,
Fæta materno liquefecit urgens
Viscera motu,

28 Sortis ut nostræ miseram subires
Aleam, nostri pudor ut reatus
Ora confundens tua, nos perenni
Luce repleret.

29 Nam tuæ nobis tenebræ decorem,
Gaudium luctus, requiem labores,
Inferi Cœlos peperêre, lætum
Lucta triumphum.

30. O Salutarem Sophiam, sagaces
Jure quæ mundi fugiens Magistros
Hujus, inflatæ vitreum fefellit
Mentis acumen!

31 O vices rerum faciesq; miras!
More quas miscens tua tam decenti
Dextra dispensat, paribusq; librans
Lancibus æquat.

32 Nos tui mœstos hilarant pavores,
Ora lugentum lacrymæ serenant,
Sanat afflictos dolor, ipsa vinctos
Vincula solvunt.

33 Languor infirmos reficit, fluentem
Vulnus admotum cohibet cruorem,
Nuditas nudos tegit, indigentes
Ditat egeſtas.

34 Sanguinis grumi facie cadentes
A tuâ noſtras radiis coronant;
Mundat attractam cruor è parentum
Semine lepram,

35 Mortis exhorrens calicem propinquæ,
Tela ſecuros facis ad ſuprema,
Noxios tu nos reus innocentum
Cœtibus inſers.

36 Deſerit quum te patrius parumper
Vultus, extorres tuâ nos coop:at
Cura, ſuſceptos gremio nec unquam
Eiicis almo.

37 Quid morer multis? Erebum ſubintrans,
Tollis in cœlos, maledicta quondam
Furca, nunc arbos hominum beatrix
Fitque boni fons.

38 Quum triumphati ſpeciem pudendam
Pendulus præfers, oculoſq; pœnâ
Paſcis hoſtiles, odioq; turgens
Pectus acerbo;

39 Squalidus, nudus, lacer, ora pallens,
Obrutus probris, coopertus iræ
Fluctibus, clavis miſeranda fixus
Membra quaternis;

40 Inter infeſtas acies, latronum
Inter infauſtos fremitus, remandans
Spiritum patri, geminumq; fundens
Corde fluentum:

41 Tunc triumphali crucis in quadrigâ
Vectus, immanes agis ante temet
Hoſtium turmas, manibus retrorſum
Fune revinctis.

42 Fune

42 Fune constrictos agis indecoro
Principes mundi, stygijq; portas
Carceris, fauces crucis & sepulcri
Victor inermes.

43 Victor exutas Erebi phalanges,
Labis humanæ caput, Architectos
Fraudis & falsi, scelerumq; terris
Quicquid inundat,

44 Exhibes pulchrum superis theatrum,
Noctis æternæ laqueo superbas
Fracta cervices, pudefacta furvos
Agmina vultus.

45 Mortis hinc sævæ stimulus bicuspis,
Legis hinc iram parientis, anceps
Volvitur canthos dica subter, unco
Fixa trabali.

46 Ipse cum primis jacet orcus ingens,
Ense confossus proprio, dolosam
Dum crucis, rictu nimium furenti,
Devorat offam.

47 Finditur monstrum furiale, rapto
Præda fit raptor lupus, unde vitam
Retur absorptam tenuisse, cæpit
Inde teneri.

48 Gentis humanæ miserator, hydro
Conterens tetro caput execrandum,
Cordis ô constans amor, ô voluptas
Pura Paterni!

49 Pacis & vitæ via sola; Magni
Promus arcani patrio latentis
In sinu, veræ Pietatis idem
Auctor & index!

50 Perditis eheu! Quid in omne nobis
Tempus, ô vindex hominum, fuisset,
Absque te solo, sobolique nostræ
Dulcis Jesu!

51 Claustra perrumpens tumuli, supernam
Qui domum scandis redivivus, & nos
Convehens tecum, tua membra, nigro
Surripis orco.

52 Surripis flammæ furiis, nocentes
Quæ manet, mundi senium sub excors,
Jamq; nos vitæ venientis amplâ
Instruis Artha;

53 Pacis obsignans & amoris almo
Spiritu, qui nos tibi, quiq; membris
Unit, Æterno tua quotquot implet
Gratia nexu.

54 Ille nos mundi, laqueosq; contra
Carnis & fraudes, furiasq; nigrâ
Nocte summissas, mediaq; pestes
Luce volantes,

55 Gratiæ salvos ope septiformis
Præstat ac tandem super astra tollit,
Nec spei fluxæ, fideive fultos
Præpete Penna.

56 Ille Divini lateris gemello
Tertius rivo comes, efficaci
Voce contestans, pia firmat ingens
Pectora Pignus.

57 Ille prostratis aditum tribunal
Patris ad summi reserat, medullis
Ille mox, Abba Pater, Æstuantum
Format in imis.

58 Ille singultu tacito, canoræ
Nulla quem vobis tuba, nec venustus
Æquet accentus, feriet paternas
Protinus aures.

59 Ille sinceris oculos revelat,
Legis ut sensus penetrent profundæ,
Spernit elatos humilesq; sanctis
Motibus afflat.

60 Ille

60 Ille torpentes acuit, labantum
Firmat incessus, revocatq; lapsos,
Ille Divinis moribunda mulcet
Viscera flammis.

61 Ille præfractos refugosq; leni
Ductiles reddit, facilesq; tractu,
Nulla quem duri pudefecit unquam
Pectoris incus.

62 Quin tuum, currant agiles, cupîto
Sponte cervices oneríque subdant,
Suave fragrantem simul atque nomen
Sparsit odorem.

63 Nomen effusum quod ubique castas
Haud secus fibras ferit, imbecillos
Atque languentum pretiosa pulsant
Unguina sensus.

64 Hujus ô vitæ dator & viæ dux,
Imber irrorans olei, salutis
Arduum gressu duit irretorto
Carpere clivum.

65 Nosque deserti per inhospitalis
Tesqua palantes lachrymosa, dipsas
Dira quæ terret, sitis & retosto
Squalida rictu;

66 Ducat optatus comes, ad supernos
Lactis & mellis fluvios, tuorum
Semper & plausu pia, Christe, læto
Cæpta secundet:

67 Orbis à summo tua dum coruscans
Axe Majestas inopina, longum
Temporis fluxum seriemque puncto
Sistat in uno.

68 Tunc suum rectâ repetent parentem
Amnium cursus, ubi tempus ævi
Condet æternâ caput unde primum
Fluxit Abysso:

69 Luce, quæ cœli rapidum volumen
Luce, quæ rerum refluos tumultus,
Luce, quæ mortis rigidique ſolvet
Sceptra Sepulchri.

70 O dies nullâ vice ſummovenda
Noctis à tergo ſubeuntis! O nox
Nulla quam lucis premet invaleſcens
Aura diurnæ!

71 Lucis O lætæ ſeges! O triumphus
Perpes integris animi! Viciſſim
Conſciis ô crux inimica vitæ
Turpiter actæ!

72 Quæ pios luctu lachrymiſque ſolvet,
Impiis clangens eadem catervis
Rumpet infauſto tuba triſtis altum
Fine veternum.

73 Nam tuam clangor faciem præibit,
Orbis ô vaſti Moderator, omnes
Qui ſimul rerum feriens tremendo
Murmure metas,

74 Ad tuum ſiſtet ſolium, ſupernæ
Quoſque tunc auræ vegetabit hauſtus,
Quoſque nunc ſervat cineres profundi
Urna Sepulchri.

75 Illius nemo fugiet ſeverum
Lucis examen, patefecit almæ
Cardo quem vitæ, vel adhuc ab ægrâ
Matre rubentem.

76 Quum vorax flammæ violentis ardor,
Quà tui circum ſolii crepido
Candet, igniti ſuper actus atras
Turbinis alas,

77 Cuncta laxabit liquefacta magnæ
Membra compagis, quatiens repoſto
A ſoli centro fugitiva ſummi
Mœnia mundi.

78 Solis involvent radios tenebræ,
Pristinus linquet nitor astra, terræ
Vertet in canam decus omne victrix
Flamma favillam.

79 Mentis humanæ monumenta, moles
Arduas, quidquid validæve robur
Dexteræ, solers acies vel longo
Præstitit usus.

30 Unius fervor tremibundus horæ
Involans nictu citius volucri
Perdet, & rerum genus omne massam
Fundet in unam.

81 Quum tamen mundi pereuntis ingens
Cuncta confundet fragor & ruina,
Dura percellens trepido nocentum
Corda tumultu;

83 Tunc ab hircoso grege tristis agnos
Dextimos inter dirimet capedo,
Mira quos tinxit niveos rubentis
Unda lavacri.

83 Dum tuum cinget subitò tribunal
Clara sanctarum tribuum corona,
Solis ut purum radiosus orbem
Ambit amictus;

84 Nubis ascendens nitidum serenæ
Sub tuis tensum pedibus lacunar,
Tristé subsidet sed humi sinistrum
Eminus agmen;

85 Vocis expectans tonitru trisulcæ,
Nulla quam franget mora, quin paventum
Ossa pervadat tremefacta sævo
Protinus ictu:

86 Ite sub terras maledicta cœlo
Turba, frendentes furias fatigans,
Ignis æterni cibus, in perennes
Ite tenebras,

Unde

87 Unde spes, lumen, requies, voluptas
Exulant; vermes ubi, cumque fletu
Dentium stridor viget, atque tetri
Sulphuris ardor.

88 Quantus extemplò premet angor, exspes
Obruet quam non tolerandus horror,
Lingua quæ fando referet, quis acri
Mente prehendat.

89 Me sed in tali trepidum periclo,
Præstet ô clemens hominum redemptor,
Sanguis immunem tuus, inq; dextrâ
Sorte reponat;

90 Sorte Sanctorum, tua quos beatos
Reddit aspectu facies propinquo,
Summa tu præsens quibus es perennis
Causa triumphi.

91 Quæ tui vectes tumuli refregit,
Nexibus junctum tibi sempiternis,
Christe, depositum repetat rigenti
Vita sepulchro.

92 Tollat & cœli radiantis ultrà
Fornices, tecum fruar ut repostis
Læta queis aulæ dapibus redundat
Mensa supernæ,

93 Gaudiis, quæ non oculi, nec impar
Auris admisit modulus caducæ,
Crassa nec finxit sibimet profundo
Fibra recessu.

94 Summa sed summus Pater ad supremum
Culmen evectis cumulumq; servat
Se penes; fiet quibus unus omnes
Omnia complens.

95 Vita jam victrix ubi mortis atrum
Virus absorpsit, speciesq; fallax
Transiit, vultu novus & nitebit
Mundus amæno;

96 Huc ſerar tecum citus, ô piorum
Portus, & præſtes, bonitatis umbo
Quos tuæ tutos facit à futuræ
Fluctibus iræ;

97 Noctis ô fulgens polus, inter umbras,
Vultus, ut magnes, tuus, huc potenti
Semper obtutu trahat incitatum
Cordis acumen.

98 Huc ferar, quo nil penetrat malignum,
Nulla ſit voto mora, nil timendum
Reſtat, huc ſanctas mihi fervor alas
Chriſte, miniſtret.

99 Ut canam rerum Domino Tri-uni,
Mentibus laudes meritas beatis
Miſtus, humano potiusq; pangam
Pectore Carmen.

100 Chriſte, ſic fiat, precor, alme, tandem
Sancta ſic lætus mihi vota firmet
Finis, ut fauſtam pia jam prehendunt
Carmina metam. Amen.

Andreæ Melvini SCOTI,

Ad *Julium C: Scaligerum Epigramma.*

CÆſar, Ariſtoteles, Maro, Mavors, Pallas, Apollo,
Tres ſub Sole viri, tres ſuper aſtra Dei,
Te genuêre; vel hos genuiſti Scaliger, unus,
Tres ſub Sole viros, tres ſuper aſtra Deos,
Immo omnes ſuperas unus quos fama ſacravit
Vel ſub Sole viros, vel ſuper aſtra Deos.

De Præcipuis [illegible]

[illegible] Regula est ut [illegible]
quando enim sunt tantum tres termini [illegible]
tantum spectentur, sed plures si [illegible]
[illegible] ut Omnis Canis latrabilis [illegible]
[illegible] est Canis Ergo Constellatio Cælestis [illegible]
quatuor sunt hic termini si sensus [illegible]
[illegible] in primo enim per Canem intelligitur
animal in secundo vero per Canem sig-
nificatur Constellatio Cæli

Secunda Regula est medius terminus in [illegible]
Præmissa secundum omnem [illegible]
[illegible], seu, ut loquuntur Logistici [illegible]
distribuatur. nam si non fiat in aliqua [illegible]
[illegible], jam non unicus sed duplicis [illegible]
habebit Rationem unde hic vitiosus [illegible]
[illegible] Omne Animal fuit in Arca Noe [illegible] est
animal. Ergo [illegible] fuit in Arca Noe [illegible]
nam enim animal sumitur distributive

Tertia Regula terminus distributus, sive
universaliter sumptus in Præmissis debet
[illegible] universaliter in Conclusione quia ex
[illegible] ad totum, a particulari ad universale n[illegible]
est Consecutio. vitiosus ergo est Omne Ani-
[illegible] Vivens, omne Animal est Substantia
[illegible] omnis Substantia est vivens.

Quarta Regula ex puris particularibus nil con-
[illegible], [illegible] revera medius, qui unicus videtur
duplex - quod peccat contra primam Regulam
quædam Substantia est Lapis - quoddam Anima[l]
Substantia, ergo quoddam Animal est Lap[is]

[illegible] Regula conclusio ex puris negativis
qua ab uno tertio separantur [illegible]
[illegible] inter se [illegible] manifestum est [illegible]
[illegible] Lapis est Homo; Nullum Animal [illegible]
Nullum Animal est Homo



De Praecipuis [illegible] Syllogismorum

[Pri]ma Regula est ut sint tantum tres [termini] [illegible] quando enim sunt tantum tres termini [illegible] tantum spectentur, sed plures si sensus [illegible] [illegible] est Canis latrabilis [illegible] [Con]stellatio [illegible] est Canis ergo Constellatio Caelestis latr[abilis] quatuor sunt hic termini si sensus ratio habea[tur] in primo enim per Canem intelligitur animal in secundo vero per Canem signi[ficatur] Constellatio

Secunda Regula est medius terminus in a[liqua] Praemissa secundum omnem latitudinem [ac]cipiatur, seu ut loquuntur Logistici [illegible] distribuatur. nam si non fuit [in aliqua] [Praemissa] [illegible] jam non unicus sed duplicis termin[us] habebit Rationem unde hic vitiosus est syllog[ism]us Omne Animal fuit in Arca Noe at Petrus est [A]nimal. Ergo Petrus fuit in Arca Noe [illegible] [Nu]mquam enim animal sumitur distributive

Tertia Regula Terminus distributus, sive [u]niversaliter sumptus in Praemissis debet [su]mi universaliter in Conclusione quia [illegible] [illegible] te ad totum, a particulari ad universalem n[on] est Consecutio. vitiosus ergo est Omne Ani[mal est] Vivens, omne Animal est Substantia [erg]o omnis Substantia est vivens.

[Q]uarta Regula ex puris particularibus nil con[clu]ditur, dum revera medius, qui unicus videtu[r] duplex quod peccat contra primam Regulam [Qu]aedam Substantia est Lapis Quoddam Anima[l est] Substantia, ergo quoddam Animal est Lap[is]

[Qui]nta Regula conclud[itur] ex puris negantibus [quia] [illegible] ab uno tertio separantur [non] sequitur [illegible] sint inter se ut manifestum est [illegible] [Nu]llus Lapis est Homo; Nullum Anima[l] [illegible] [ergo] nullum Animal est Homo



Praecipuis Regulis Syllogismorum

[illegible]ma Regula est ut sint tres tantum termini quando enim sunt tantum tres termini [illegible] tantum spectentur, sed plures si sensus [illegible] [illegible] est Canis latrans Constellatio [illegible] [illegible] est Canis ergo Constellatio Coelestis latrat [illegible] quatuor sunt hic termini si sensus ratio habea[tur] [illegible] in primo enim per Canem intelligitur animal in secundo vero per Canem signi[fi]catur Constellatio

Secunda Regula [illegible] medius terminus in altera Praemissa secundum omnem latitudinem accipiatur, seu [illegible] loquuntur logistici omnino distribuatur nam si non fiat distributio in aliqua praemissarum, jam non unicus sed duplicis termini habebit rationem unde hic vitiosus est syllogismus [illegible] Animal fuit in Arca Noe at Petrus est animal. Ergo Petrus fuit in Arca Noe [illegible] [illegible] enim animal sumitur distributive

Tertia Regula terminus distributus, sive [illegible] [illegible] sumptus in Praemissis debet [illegible] universaliter in Conclusione quia [illegible] [illegible] ad totum, a particulari ad univ[ersale] [illegible] est consecutio vitiosus ergo est Omne Animal Vivens, omne Animal est Substantia [ergo] omnis substantia est vivens.

[Qu]arta Regula ex binis particularibus nihil con[clu]ditur, dum revera medius, qui unicus videtur [est] duplex quod peccat contra primam Regulam [Qu]oddam Substantia est Lapis quoddam Anima[l est] Substantia, ergo quoddam Animal est Lapis

[Qui]nta Regula [illegible] concluditur ex binis negantibus [illegible] quae ab uno tertio separantur sequitur ut [illegible] sint inter se [illegible] manifestum est ex hoc [Nu]llus Lapis est Homo, Nullum Animal [est Lapis ergo] nullum Animal est Homo

... abaliorem Dar...
... ris inter ...
... modo in prima...
... Vivens quadam ...
... quadam substantia est ...
... est lapis omnis Hom...
... nullus Homo est lapis

Cavendum ne Propositio indefinit...
... accipiatur ...
... non possunt ...

... sunt tere pro...
...
... sunt tere propriores

Philosophia Vetus et nova ad usum Scholae accomodata in Regia Burgundia olim pertractata. Vol. 1. Logic. Sect. III. cap. ...



... sunt magis inter ...
... cum Medio in Præmi...
... est Vivens quædam ...
... quædam Substantia est ...
... est Lapis omnis Hom...
... Ergo nullus Homo est Lapis

Cavendum ne Propositio infinit... affirmans pro negante accipiatur, ... illarum conclusiones non possunt esse ... tantes. ...

... quæ non scintillant sunt terræ pro... ... non scintillant ... ergo ... sunt Terræ propiores ...

... Philosophia Vetus et nova ad usum Scholæ accomodata in Regia Burgundia olim per... tractata. Vol. 1. Logic. Sect. III. cap. ...

[illegible] sequitur debiliorem Parte[m]
[illegible] sint magis inter se [illegible]
[illegible] quam cum Medio in Premi[ssis]
[illegible] Animal est Vivens quaedam [illegible]
[illegible] Ergo quaedam Substantia est [illegible]
[illegible] Animal est Lapis omnis Hom[o]
est Animal Ergo nullus Homo est Lapis

Cavendum ne Propositio infinit[a]
affirmans pro negante accipiatur [illegible]
illarum Conclusiones non possunt esse ne[-]
gantes. P.G.
Stellae quae non scintillant sunt terrae pro[-]piore[s]
at Planetae non scintillant
Ergo planetae sunt Terrae propiores
Philosophia Vetus et nova ad usum Scholae
accomodata in Regia Burgundia olim per[-]
tractata. Vol. 1. Logic. Sect. III. cap. [illegible]